

## De spiritu et anima

se: et se: et angelū iuxta se: et quicquid celi  
ambitu pertinet infra se. Per concupiscibili-  
tatem et irascibilitatem abilis est affici ad ali-  
quod appetendum vel fugiendum: amandum vel odi-  
endum. et ideo de rationalitate omnis sensus oritur  
aie. et de alijs omnis affectus. Affectus vero quod dicitur  
partit esse cognoscit. dicitur de eo quod amamus  
iam gaudemus: vel gaudendum speramus. et de  
eo quod odimus iam dolemus vel dolendum metu-  
imus. et ob hoc de concupiscibilitate gaudius et  
spes. et de irascibilitate dolor et metus oritur.  
Qui quidem quatuor affectus aie omni sunt  
vicio et virtutum quasi quedam principia et com-  
munis materia. Affectus siquidem omni opi-  
tuo nomine imponit. Et quoniam virtus est habi-  
tus mentis bene compositus: componendi et in-  
stituendi atque ordinandi sunt dicti affectus  
ad id quod debet. et quomodo debet ut in virtutes  
facere possint. alioquin in vicia facile deci-  
dent. Cum igitur prudenter. modeste. fortiter.  
et iuste amor et odium instituunt: in virtutes  
exurgunt. prudentiam. scilicet et patientiam: fortitudi-  
nem atque iustitiam: quae quasi origines et cardines  
sunt omnium virtutum. Et hec omnia cum affectu  
se et virtute in anima constituunt: per odium mundi  
et sui peccati in amore dei et proximi: per con-  
temptum temporalium et inferiorum: crescit in deside-  
rium eternorum et superiorum. Sensus vero unus  
est in anima et quod ipsa. Et cum corpus non sit: cor-  
poris dicitur. quia corpus transcendit vel quia a  
corpore exercet instrumentis. unde ob nume-  
rum instrumentorum quoniam primum dicitur: cum intus  
non sit nisi unus. Verumtamen propter varia ex-  
teriora variatur et varie occupatur. Dicitur namque  
quod sensus. imaginatio. ratio. intellectus. in-  
telligentia. Et hec omnia in anima non aliud sunt  
quam ipsa. Alie et alie proprietates inter se pro-  
pter varia exercitia. scilicet una essentia rationalis  
et una anima. proprietates quidem diuersae. scilicet es-  
sentia una: secundum exercitium multa sunt. secundum es-  
sentiam vero unum sunt in anima et quod ipsa. Et si-  
cut mundus iste visibilis quoniam partita qua-  
dam distinctio est ordinata. terra. scilicet et aqua  
aere et ethere cum firmamento. ipso quoque supermo-  
celo quod empirium vocatur. Sic aie in mundo  
sui corporis peregrinari quoniam progressus sunt  
ad sapientiam: sensus. scilicet. imaginatio: ratio: in-  
tellectus et intelligentia. Quoniam enim progressi-  
onibus rationalitas exercet ad sapientiam: et quae

amor affectibus ad charitatem. quatinus nonne  
istis progressionibus in semetipsa perficiens anima  
sensu et affectu. quasi interi? quibusdam pedibus  
quae spiritu vivit spiritu ambulet usque ad cheru-  
bin et seraphin. id est usque ad plenitudinem scien-  
tie et regnum charitatis. habeatque anima per  
exercitium virtutes quae facultates habet  
per naturam.

De novem progressionibus anime.

Capitulum V.

**E**t hos progressus nominibus et ordi-  
nibus angelorum comparare prudenti le-  
ctori relinquitur. Facile siquidem erit  
ei si sciat aptare sensum quod primum aie nuncius  
est angelus quod nuncium vocant. imaginatorem  
archangelus. odium mundi et virtutum. odium sui  
potestatis. rationem principum. amoris pro-  
ximi donationibus. intellectum cherubim. intel-  
ligentiam cherubim. amoris dei seraphim.  
Timor namque de suppliciis et dolor de pec-  
catis facit contemptum mundi et sui: ut cum  
virtutibus faciat miracula: et cum potestatis  
expellat demonia. Spes de promissis et gau-  
dium de promissis facit amoris proximi et dei.

Anima facta est ad imaginem dei.

Capitulum VI.

**A**nima ad similitudinem totius sapientie  
facta. omnem rem in se gerit similitu-  
dinem. Unde a philosopho diffi-  
nita est omnium rerum similitudo. Dabet siqui-  
dem in se vires quibus omnia apprehendit siue  
investigat: et omnibus similis existit: cum sit  
vna. Similis est terre per sensum. aequae per  
imaginatorem. aeri per rationem. firmamento  
per intellectum. celis celo per intelligentiam.  
Silis est lapidibus per essentiam. arboribus per  
vitam. animalibus per sensum et imaginatio-  
nem. hominibus per rationem. angelis per intellectum  
deo per intelligentiam. Et sicut deus est omnibus  
capabilis et participabilis. sic anima omnem esse ca-  
pat. Capabilis et participabilis omnibus est  
deus: quia naturali suo munere et usu. ex mu-  
nere participat ab omnibus ad essentiam quae sunt. et  
secundum illam ad idoneam speciem quae ab alijs differ-  
rit. et secundum virtutes ad congruum usum quae perfici-  
unt. Tria hec omnia existenti insunt quasi quedam  
vestigia summe essentie imaginis et mune-  
ris. id est trinitatis patris et filii et spiritus sancti. Et ter-  
nitas quippe est in parte. species in imagine.